

que etiam p filiam iherusalem figu-
ratur. **I**hrlm q̄ppe timor pfect⁹ inter-
pretatur. Debz igit aia cuiuslibz xp̄ia
in filia esse pfecti timoris. ut scz deū
timeat. nō tantū ppter hoc ne i gehē-
ne tormēta mittat. s; p̄ci⁹ ob hoc ne
dulcis eius facies amittat. Nō solū
em̄ aia debz deū timere tanq̄ iudicē
seuerissimū. s; etiā tanq̄ p̄ez carissi-
mū et sponsū dulcissimū. Huic ergo
aie dicit⁹ ut exultet et iubelet. q̄ rex
suus. i. ih̄us x̄p̄s uenit in mundū iust⁹ sal-
uator et ip̄e paup. Nōbilit̄ ista ca-
de xp̄o dicitur. scz q̄ est iustus et sal-
uator et paup. Iustus em̄ vocat⁹. q̄
ad hoc uenit ut nulli iniuriaretur. imo
ut quilibz p eū saluaret. S; ne di-
cāt paupes ip̄e saluabit dītes. nos
nō audem⁹ a p̄piare ad ip̄m. Prop-
tea adiūgit. et ip̄e paup ne scz pau-
peres eū fugiant. s; fiducialiter ad
eū confugiāt. similia q̄ppe ad sibi si-
milia congregātur. Vñ dicit eccl̄e.
xiii. Omne aial diligit sile sibi. Ois
caro ad sibi silez coniūgetur. et ois
caro sibi simili sociabit. Voluit ergo
xp̄s esse paup ut paupes eū dilige-
rēt. et ad ip̄m cū fiducia confugerēt.
Auscipiam⁹ igit carissimū aduē-
tum dñi cū tota mentis deuotione. q̄
sicut dñs olim uenit in mundū ut mū-
dus saluaretur p ip̄m. ita adhuc an-
nuatim dñs aduentū suū nobis rep̄-
sentat. ut p hoc nobis inuat q̄ pat⁹
est nos saluare ab oibz iniquitatibz
nostris. si tamen p uerā penitentiā
ad ipsius clemenciā conuertamur.
Rogate ergo dominū ut sic aduentū
sui filij cū mansuetudine uenientis re-
neremur. ut etiā in aduentu illo qñ

iudicaturus uiet ip̄i collectemur. **Q**s
nobis p̄stare dignetur qui sine fine
uiuit et regnat deus p oia. se. se.

Simo. scds.
Dominica scda

Que uidebūt filium hois uenē-
tem in nubibz cū potestate magna a
maiestate. **N**ota q̄ quadruplex ē
aduentus dñi. Prim⁹ fuit in uirgis
vter⁹. Scds in mundū. Tercius est
in cor hūanū. Quartus erit ad iudi-
ciū. In uterū uirginis uenit ut carne
hūana indueretur. In mundū uenit
ut p suū sanguinē genus hūanū re-
dimeretur. In cor hois uenit ut p eū
a suis languoribz subleuet. Ad ius-
diciū uenit ut uentilabro iudiciarie
sentencie granū a paleis separaretur.
Omissis autem tribus alijs aduen-
tibus ad presens de redēptione hūa-
ni generis aliq̄ breuiter t̄agem⁹. Vñ
tria principaliter sūt hic nōnda. Pri-
mū est qd signū ad istam redemptio-
nē concurrerit. Scdm est a quibus
et p que homo redēpt⁹ extiterit. Ter-
ciū est quid redēptionē in cruce factā
secutum fuerit. De p̄mo nota q̄ mlti-
plex signū in redēptione hominis ac-
currit. De his signis dī in p̄nti euan-
gelio. Erūt signa i sole et luā et stel-
lis. et in ter p̄ssu. gē. et. **P**er solem
intelligit⁹ ip̄e dei fili⁹. Ip̄e em̄ est sol
iusticie sicut dicit malache iiii. In
hoc sole signū magnum apparuit. q̄
videlicet obscuratus fuit sicut p̄dix-
erat iohel scdo. Sol conuertet⁹ in
tenebras. Nonne sol iste reputatio-
ne iudeoz cōuersus fuit in tenebras
qñ uelat⁹ fuit. et post uelationē pr-
cuss⁹ et colaphizat⁹. Dictūqz fuit ei

Prophetiza quis est qui te paussit.
 q̄i ipe ignorat pauciores se. Quicq̄d
 etiā clauitatis fuit i specioso vultu sol
 isti? q̄i obtenebratū fuit p sputa iu
 deoz q̄ exspueēt in eū. sicut testatur
 ma. et mar. **Hinc etiā dicit ysa. liij.**
Nō est ei species neqz decor. **Per lu**
nā figuratur virgo maia. **Vnde qui**
dam scūs dicit i laude ipi. Tu pulc
 re luna diceris ei qz n̄ immeito cōpa
 ris. **Illa** em̄ astroz oim sola soli simi
 lima et cādore venusta argēteo. cete
 ris i celo p̄micat sideribz. Tu veri so
 lis imago exp̄ssissima int̄ milia an
 gelorū deo assistētū virginati puri
 tate in celsis glōsa resulges. **In hac**
 ergo luna. i. in b̄tā virgine factū est
 signū miserabile. qz scz cōuersa fuit
 i sanguinē. **Hoc etiā predixit Joel ij.**
Luna inqt cōuertet i sanguinē. **Tūc**
 aut̄ b̄tā virgo cōuersa fuit i sanguinē
 q̄n intellexit dulcissimū filiū suū tra
 ditū. et captū. et colaphizatū. et ala
 patū. et cōspūtū. et crucis martirio
 postulatū. **Tūc** vero tota luna facta
 ē vt sanguis q̄n assistēs cruci vidit
 filij caput sp̄imis laceratū. et dorsū
 et om̄e corpus sanguine cruentatū.
Cū etiā vidit manus et pedes clauis
 pforari. et postremo lat⁹ eius cruda
 li lancea tr̄ssigi. quis sufficiēter ex
 plicari poterit q̄ntos dolores tūc su
 stinuit virgo maria. **In stellis eti**
am signa cōtingerūt **Per** stellas aut̄
 itelligūtur apli. sicut cū stelle affixe
 sūt firmamēto. ita et ipi semp adhe
 serūt xpo. **h** certe tūc etiā in stellis
 hoc signū apparuit qd scz a firmamē
 to ceciderūt. **Dicit em̄ math. xxvi. et**
mar. xij. **Q** tūc discipuli relicto eo

fugerunt. **Petrus** etiā qui quasi
 constātor alijs eū a remotis seq̄ba
 tur c̄ritus ad vocē vni⁹ acille eundē
 quē secutus fuerat. cū iuramēto ne
 gavit. **Vñ** et dñs dixerat mar. xij.
Stelle celi erūt decidētes. **Tūc** eti
 am i terris scā fuit p̄ssuā. **Per** tras
 intelligūtur ille bone mulieres que
 dñm sequētes plāgebant et lamen
 tabant eum. sicut dicit **lu. xxij.** **S**i
 aut̄ em̄ tra alit hoies p̄ fruct⁹ suos
 q̄s pducit. sic et ipe pauert̄ ihm p̄ ē
 ras eūte et predicatē. **Vñ** de **lu. viij.**
Maria magdalena et iohāna vxor
 chuze paratois hēodis et susanna
 et alie m̄lte ministrabāt ei de faculta
 tibz suis. **Ne** itaqz cū viderunt ihm
 duci ad mortis suppliciū maḡs p̄ssu
 ras de loz in cordibz suis passe fue
 rūt. et hoc p̄pter crudelitātē gentiū. i.
 eorū qui dominū gentilit̄ et impie
 tractabāt. **Tūc** etiā quidam hoies
 ē ca q̄s xpus miracula faciat opat⁹
 p̄ timore quasi aresebāt. **T**imebāt
 em̄ ne et ipi impeterēt a iudeis vt
 pote quasi p̄pter eorū curationē ihe
 sus ip̄sorū sabata violasset. **Tanta**
 quippe tūc erat confusio somitus ma
 ris ac fluctuū. **Per** mare deniqz iu
 deorū maiores videlicet p̄ncips sa
 cerdotum et ipi sacerdotes notant̄
Per fluctus vero scribe et pharizei
 figurātur. **Hij** omnes in tātam insa
 miam et furorem eruperant qz liben
 ter exterminassēt ihesu memoriā
 de terra. **Tunc** igitur qui ante eum
 dilexerant p̄ timore et expectatio
 ne eorundem cruciatuum que super
 uenerant vniuerso orbi id est cristo
 quasi aresebant. **Xpus** enim id eo

Omniuersus orbis appellatur. quia
in eo uiuimus. mouemur et sumus
ut dicit apostolus. Etiam virtutes
celorum mouebuntur sol etenim et lu
na necnon et alia sidera retraxerunt
splendorem suum et facte sunt tenebre in
uniuersam terram ab hora sexta usque
ad horam nonam. sicut testatur ma
theus. xx. vij. et lu. xxiij. Ecce que et
quinta signa conuenerunt tunc redemptionis
humane. De secundo non quod filius dei
nos ab iniquitatibus nostris redemit in
cruce. Hanc redemptionem promiserat spi
ritus sanctus per os dauid. i. in ps. Quia
apud dominum est misericordia. id est subau
di. et copiosa est apud eum redemptio. et
ipse edimet israel ex omnibus iniquitatibus suis.
Nota quod per copiosam redemptionem
ipse filius dei intelligitur. Ipse enim erat re
demptor et redemptio. sicut et apostolus ad
cor. i. i. Qui factus est nobis redemptio.
Redemptor igitur fuit. quia in propria
persona nos redemit. Redemptio fuit. quia
in semetipso hoc accepit per quod nos
redemit. scilicet preciosum sanguinem suum
qui erat in gremio cordis sui. Prop
ter quod dicit apostolus ad eph. i. Deus pa
ter gratificauit nos in dilecto filio suo in
quo habere per se. eius. Hec ergo copi
osa redemptio. id est ipse filius ab eterno assu
mptus. et genus humanum redimere
quando hoc patri placeret. Igitur dei fi
lius redemit in cruce genus humanum
ex omnibus iniquitatibus suis quas
originaliter traxerat a primis peni
tibus. Et nota quod ad minus sex erant
iniquitates adam et eue. Prima e
rat iniquitas quod similitudinem dei su
perbia petierat. Ad hoc enim inuenerunt eos

peruasio serpentis qui dixit eis. Eri
tis sicut dei. Secunda fuit quod scientiam
boni et mali indebite sitierunt. Illi enim
erant per promissionem serpentis
qui ait. Et eritis scientes bonum et
malum. Tercia fuit quod id quod suum non
erat rapuerunt scilicet fructum domini quem si
ne licentia sua fregerunt. Quarto fuit
quia hoc quod eis inhibuit fuit gulo
se comederunt. Unde legitur gen. iij.
Vidit mulier quod bonum esset lignum
ad uiscendum. et pulchrum oculis. aspe
ctuque delectabile uisit de fructu illius
et comedit. deditque viro suo qui come
dit. Quinta fuit quod cum elatione se
excusauerunt quasi culpam suam re
torquentes in deum. Adam enim excu
sando se ait. Mulier quam dedisti mihi
sociam. dedit michi de ligno. et come
di. quasi diceret. Si non dedisses
michi sociam cui societatem exhibere
debueram. non comedissem. Mulier
etiam dixit. Serpens decepit me. et
comedi. quasi diceret. Nisi tu creas
ses astutum serpentem. per cum de
cepta non fuisset. Sexta iniqui
tas fuit. quia inobedientes suo crea
tori extiterunt. et hoc peccatum qua
si radix et finis extitit aliorum pec
torum. Ecce ex istis iniquitatibus
redemit nos dei filius in cruce contra
ria predictis. vel paciendo. vel agendo.
Contra hoc enim quod illi per superbi
am similari volebant optimo dei fili
us assimilari uoluit sceleratissimo
quasi enim esset omnium hominum
sceleratissimus. Erat ab exordio
latrone absoluto ipse ad crucem est
postulatus. et in medio duorum latro
rum suspensus. et sicut dicit mar. xv.

Adimpleta est scriptura q̄ dicit. **E**t
cū impijs deputatus ē. **I**te contra
hoc q̄ ipi ex minima scia idebite sitie
rūt. iste q̄i quidā impotens p̄stitit in
doloribz et in tormētis. **D**icit em̄ ma
the xxvii. **Q**u p̄ncipes sacerdotum il
ludētes cū scribis et seioribz dicebāt
Alios saluos fecit seipm non p̄t sal
uū facere. si rex isrl ē descēdat de cru
ce nūc et credim⁹ ei. Verisimile ē q̄
m̄lti qui tūc astabant et istas illuſio
nes audiebāt. ihsqz in suis cordibz
diligebāt. qd̄ scz videbāt eis esse stul
ticia q̄ nō descēdit de cruce si poteāt
descēdere. et forsītā hoc vehementer
optabāt q̄ descēderet ad suūp̄i⁹ sal
uacōez. et iudeoz cōfusiōz. **S**ic vere ip̄e
mel⁹ et sapiēcius egit nō descēdēdo.
Nū dicit ysa. liii. in p̄sona p̄cis de fi
lio. **I**n scia sua iustificabit ip̄e iust⁹
seruus me⁹ m̄ltos et iniquitates eoz
ip̄e portabit. **R**ō q̄ dei fili⁹ seruus
p̄cis appellat⁹. q̄ ad mādātū ei⁹ no
bis seruauit tanq̄ bone voluntatis
seru⁹. **I**te q̄ ipi fructū illū qui non
erat ip̄oz abstulerūt. dei fili⁹ prede
patuit impioz qui dño cū aliud nō
h̄rēt qd̄ possēt ei auferre ipi sua vesti
menta abstulerūt. sicut sancti euan
geliste testant⁹. et sicut ip̄e dicit i p̄s.
Diuiserūt sibi v̄stīmēta mea. et sup
vestē meā. i. in tunicā meam miserūt
sortē. **H**āc em̄ ut dicit io. li. xix. scinde
re nolebāt. q̄ erat in cōsutilis desup
cōtexta p̄ totū. **I**te contra hoc q̄ ipi
p̄mū cū gule cōcupiscēcia cōmēderūt
ip̄e vehementer sitiens vinū mirra
tū. acētū fel. et absinthium bibit cū
amaritudine. **I**tem contra hoc q̄ ipi
tumide se exausauerūt. ihs se exau

sare nolebat cū stans ante p̄sidentem
accusaretur a p̄ncipibus sacerdotū
et senioribus ppli. **C**um etiā diceret
ei pilatus. **N**ō audis q̄nta aduers⁹
te dicūt testimonia. non respōdit ei
ad vllum verbū ita ut miraretur p̄
ses vehementer. **I**hesus etiā cū sta
ret in cruce non ostēdit innocēciam
suam excusando. quod tamē optime
facere potuisset. **P**ostremo contra
hoc q̄ ipi creatori suo inobedientes
extiterūt. ip̄e in patris obediēcia p̄
quā nostras penalitates suscepit
vsqz in mortē crucis tam vitissimā
q̄ amāssimā pseuerauit. **U**nde etiā
cum clamore valido expirans ait. te
ste luca. **P**ater in manus tuas com
mēdo spiritum meū. **S**piritū inquā
tue v̄lūtati per omnia fideliter obe
dientem. **C**aucamus ergo carissimi
ne iniquitates iste q̄s fili⁹ dei tā ama
rissime luit inueiant in nob̄ ne scz si
mus supbi ac ambicōsi. et ad mala
alioz inuestigāda curiosi. **C**aucā⁹
etiā ne sim⁹ auari et gulosi. **P**tereā
ne p̄cia nostra stulte exauserim⁹. nec
eis resistam⁹ quibz obedire debem⁹.
De tercō nota q̄ cū essz in crucis
patibulo celebrata redēptione gene
ris humani p̄ sanguinē filij dei. tūc
demones viderūt aīam filij hoīs ve
nientē in nubibz. i. cōmittatū āgelico
cū p̄tate magna innocēcie et maieſta
te diuine gl̄e. **T**unc etiam anime iu
storum que erant in limbo et diutur
no desiderio redēptionem expecta
uerant. respexerunt lucem desuper
venientem. et cum ingēti gaudio ca
pita sua a metore tristitiē leuaueūt
quoniam v̄nīt ip̄sarum redēptio.

que eas a dyabolo dño libeāz. Det
nob caissimī dñs ut cum qui nos a
nñs inīqtatibz ēdeit sic p bonā vitā
nūc seqm̃ur ut etiā ab ipso i die iudi
cij ex oī miseria redimī mereamur.
Qd nob p̃s. **¶ Dominica tertia**

¶ Smo. tertia.
Ques qui rēturus es an alium
expectamus? Notandū est q
dñs venit venit et uiet. Scdm p̃teri
tū temp⁹ uet p carnis nostre assup
tionē. Scdm p̃sens tēpus uet p grē
infusionē. Scdm futurū tps ueniet
p iudicij districtiōnē. s̃ p̃mo et ter cō
aduētū ad p̃sens omissio aduentum
illum breuiter tāgemus qui ē p grē
infusionē. qui etiā in p̃nti dñica re
p̃sentat̃. Unde etiā in collā petimus
ut mētis nrē tenebras grā sue visi
tationis illustret. euāgelii etiā est
de sancto iohāne qui interpretatur g̃ti
a. siue in quo est grā. **¶ Duo igitur**
p̃ncipaliter sūt hic notāda. Primū
est quid dñs in homine p grām uen
ens opetur. Scdm est p quid hoīez
graciā recepisse p̃betur. De p̃mo
nota q dñs ueniens p grām sex opa
tur in hoīe peccatore. a ista sex tangē
tur in p̃nti euāgelio. ubi dñs d̃t. Cū
res renūciate iohāni que audistis a
uidistis. cecī vi. clau. am. lep. mū.
sur. au. mor. re. pau. euan. Primū
ergo q dñs p graciā in hoīes uen
iens opatur. hoc est q scz eos quos
supbia excecauerat p hūilitatē illu
minat. Supbia quippe siue vana
glā est q̃i quoddam fulmē excecans
oculos aie. Sicut em̃ fulmen qndā
breuem claritatē habet. s̃ tamē tene
ris creaturis valde nociuū. ita etiā

est de supbia qui lucere uolunt i hoc
seculo p elatū supbiā p quam tamē
paupes incenduntur. **Dicitur em̃ in**
psalmo Dū supbit impius incendit
paup. Hos itaqz quos cecauerat
elatio dñs p hūilitatem uidere facit
Hūilitas em̃ est oculus aie p quam
homo cōditionē suā ac statū suū re
rissime recognoscit. **Unde d̃t bern.**
Hūilitas est uirtus qua hō uerissimā
sui cognitiōe sibiipi uilescit. **¶ Scd̃z**
qd̃ deus facit in hoīe hoc ē. q scz his
quos auaricia claudos fecerat p ca
ritatem gressus recipiat. Auaricia
qz facit hominē claudum utroqz pe
de. Propter hoc legitur ij. reg. iij.
q̃ ionathas filius saul habebat quin
quennē filiū qui uocabatur m̃phi.
bofeth qui cecidit ex brachys nutri
cis sue ad terram. et claudus fact⁹
est utroqz pede. Ionathas interpre
tatur columba ueniēs. et significat
ihesum xpm qui sicut columba uenit
Quia ueniens in hunc mundum ra
rum uicentis oliue portauit in ore
suo. Per oliuam enim pax et miseri
cordia figurantur que duo ipe attu
lit in hunc mundum. De pace dicit
ipe ioh. xiiij. Pacē relinquo w̃b pa
cē meam do w̃bis. De misericordia
dicatur in luca ix. Q̃am quadam
vice samaritani noluisse recipere
ihesum in hospiciū. iacobus et io
hannes dixerunt. Domine vis dici
mus ut ignis descendat de celo et cō
sumat illos. Et conuersus increpa
uit illos. et dixit. Resatis cui⁹ spūs
estis. fili⁹ hoīs non uēt aīas p̃dere
sed saluare. Filius hui⁹ ionathe est
q̃libet xpianus qui dum cadit ex